



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

vers 2.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

VERSUS 10.

Omnis ergo arbor, quae non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur.

QVÆSTIO I.

Quæ arbor? & quis illius finis?

§. 1. **R**adix est Abraham, securis iustitia Dei vindicatrix, & executrix. Excisio est everio Synagoga, & vniuscuiusque reprobi, in ignem proiecchio est damnatio. Fructus est bona opera, interna, externa.

Quæ ex sententiâ bona opera salutis necessaria esse conuincimus, & vehementer id monuit Aug. serm. 66. *Bona opera de tempore. Probat enim penitentiam sterilem esse non debere. Quo detestabilius est Lutheri error, qui ad salutem. Tom. 1. Witteb. edito scribit. Dicere: Bona opera esse necessaria ad salutem; legem, & Evangelium confundit, tantâ quidem iacturâ & detrimento, quantum ratio humana neg, cõprehendere, neg, intelligere potest. Et eodẽ loco. Lubrica est oratio & vana sic pronuntiare: fidem quidem operibus & meritâ nisi non debere, sed tamen necesse esse habere bona opera, tanquam necessaria ad salutem. Hoc totum nihil est. Si enim sunt necessaria ad salutem, salus sine ipsis venire non potest, & ergo non solâ fide saluamur: sed hoc falsum est, & ab vniuersâ Scripturâ dissentit.*

Ioannes pro necessitate operum pugnat. Eam moribus noxiam, & blasphemam sic fulminat Ioannes, operum seu fructuum fidus exactor. *Omnis arbor quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur. Manere in radice, & occupare terram arbor non finitur, nisi fructus ferat; καπερ οὗτος seu fructificatio arboris necessaria est, ut ne excidatur, & in ignem mittatur, similitudo arboris ergo requirit, ut bona opera homini necessaria dicamus, ne ille damnetur. Arbor ste ilis & infructuosa igni terreno addicitur, homo sine operibus bonis infernali. Non de meritis aut causis agit Lutherus, & eum secuta Synodus Mansfeldica c. de operibus. Sed negant esse omnino necessaria, quia sola fides satis sit. Huic igitur penitus repugnat, quod Lutherus habet Tom. 7. p. 65. Witteb. Nul- lum opus, nullum mandatum necessarium est Christi ad salutem. Quia fructus arboris necessarius est, ne exuratur. Quia hoc mandatum; Facite fructus dignos penitentia, necessarium est. Itaque à Lutheranis post mortem Luther. vehementer oppugnatus est ille error, & constat ex Synodo Islebica anno 1559. Islebij habita. A- iunt enim, Primum in Academijs latuisse, deinde in suggestum erupisse sententiam de necessitate operum. Erasmus Sacerius negauit esse causas meritorias, asseruit esse conseruatrices, quod postea reuocauit. Imo Synodus ad- eo insanit, ut etiam speret damnatum in hac propo- sitionem: Opera bona opera sunt necessaria ad salutem, non quod bona opera non sint necessaria, sed quod ad salutem non sint necessaria. Imo in confutatione a. g. 7. Nouitatem ne- gant esse necessariam ad salutem.*

Opera nec
ut causa,
nec ut con-
ditio neces-
saria quid
putant.

Mansfeldi-
ca Synodus
infesta bo-
nis operib.

Deniq; obiectionem 14. sic proponunt: *Omnis arbor quæ non facit fructus bonos, præciditur & in ignem proicitur. Est autem necessarium ad salutem, ut quis in ignem non proiciatur. Ergo facere bona opera est necessarium ad salutem.*

Respondent. Et hoc argumentum est vitiosum. Plus est enim in conclusione quam in præmissis. In maiore ponuntur bona o- pera pro fructibus fidei. In conclusione pro efficientibus & meri- toriis causis salutis.

Opera ne-
cessaria
sunt, et si
merita non
essent.

Verum in primis hæc saltem pars erroris illorũ con- uincitur. Opera non esse necessaria, licet de meritis non a- gatur; atq; damnari Lutheri propositionem, quam supra citauimus. Deinde ipsi negant dicendum bona opera cau- sam esse sine qua non. Quomodo vero hunc locum

interpretantur, & alios? Bona opera esse necessaria ad salutem, quia de fide testificantur, vel sequuntur. Sic num. 26. Ita sensus erit. *Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, exci- detur. Hoc est: Omnis arbor, de qua non testificatur fructus bonus, excidetur. Primo quidem futile est effugium; Non facit fructum, id est, fructus de arbore non testificatur. Deinde fuga sua se magis intrincat. Si enim arbor, de qua non testificatur fructus, excidetur, ergo & illa, quæ non facit. Plus igitur exigunt quam Ioannes, ille fru- ctum bonum, hi fructum bonum testificari. Testa- ri de arboris bonitate non potest fructus, nisi quæ mar- bor fecit. Dogma igitur eorum quod multi iam etiam ex illis damnant, Concilio Ioannis planè euerit.*

§. 2. Non modo Antinomor in quiqu; illis fauent profanitatem hinc confutamus, sed etiam merita bo- norum operum probamus. Securus ad radicem posita est, hæc arbor excidit, illa relinquitur, rigatur, pur- gatur; cur id facit agricola? Quia illa bonos fructus fa- cit, hæc nullos, vel malos. Pari modo cur hic celo in- fertur? ille gehennæ addicitur, quia hic facit vvas, ille labruscas, in hoc iustitia, in illo clamor est. Mala opera meriti penam illi concedunt. Bona, ex gratia & pro- missione Dei gratuita mereri mercedem, nos hic locus docet: quoniam faciunt fructus dignos penitentia, non exciduntur. Salutis ergo seu gloriæ causæ partia- les sunt & subordinatæ. Cur arborem illam excidis? quia infructuosa est. Cur hanc relinquis? quia ecce o- nerata est pomis. Poma ergo rationem continent, ut non excidatur. at vnde sumitur ratio non damna- di, inde est causa saluandi. nec vis argumenti infringitur. Si dicas. Vitem non excido, quia producti botri de eius fecunditate restantur. oleam excido, quia ca- ret testibus fertilitatis suæ, oliuis: vtrinque ratio ex fructu sumitur, ratio moralis, quam patres nostri, & nos meritum appellamus.

VERSUS 11.

Ego quidem baptizo vos aqua in penitentiam, qui autem post me ven- turus est, fortior me est, cuius non sum dignus calceamenta portare, ipse vos baptizabit in Spiritu san- cto, & igni.

QVÆSTIO I.

Quæ distinctio baptismi Ioannis & Christi?

§. 1. **M**ultis modis sagitata est nostris temporibus questio. Sancti Patres docent baptismum Ioannis & nostrum differre tanquam duos diuersos. Hæretici contrariò. Vnum eundemq; esse, sed in illo aliud facere Ioannem, aliud Dominum. Ioannis esse ministerium, Christi operationem gratiæ. Nunc igitur verba expendamus, & litem ex vero decidamus. Ad- uersariorum opinionem clarissime Bullingerus nobis produxit. Hæc eius verba sunt. [Concertatum est multis ex huius loci occasione de differentia baptismi Ioannis & Christi siue Apostolorum, verum si rem rectè expendamus, inueniemus externum baptismum Ioannis. hoc est ipsam ceremoniâ & baptizandi ritum, imo & virtutē. opus nihil differre ab Apostolorum ba- ptismo. Ioannes n. aqua baptizat in nomine Domini, & baptizat ad penitentia & remissionē peccatorū. Ad Bullingerum eundem modū baptizarunt et Apostoli. Quod internā ait: Nihil baptismi virtutē attinet, vobis, solus Deus operatus, differre. Ergo q. Ioannes dixit, Ego quidem baptizo vos aqua, qui post me veniet baptizabit Spiritu sancto, dis- cere, qui uit personas ministrorum à persona Christi, & exter- num

Bapti-
zatio

Arbor de
qua non
testificatur
fructus
excidetur.

Fructus
miseri-
cordie
arbor
excidit.

Ob fructu
arbor non
excidit.

Angust
deus
& ecce
baptis-

Timof
et hap
m.

num baptismum ab interno, non ut baptismum, qui
 vnicus est & indiuisibilis, diuideret ac laceraret, sed ut
 elemento ac creaturæ non tribueret eum proprium
 quod solius creatoris proprium est, imo ut iuste po-
 tius vnicuique quod suum est tribueret. Nam peri-
 culosum est in sacramento tum tractatione signum &
 signatum confundere, internum & externum, atque
 adeo ipsam potestatem cum ministerio commiscere.
 Rursus consuetissimū & tutissimum est docere & cōfi-
 teri de duobus constare sacramenta, de signo & resigna-
 ta, de verbo seu promissione & ritu seu cerimonia, de re
 externa & interna, de re visibili & inuisibili, de terrena &
 celesti, Hæc aut ita coire & cōnecti, ut diuersas natu-
 ras partiū quilibet incommunicata proprietate (nisi
 per idiomatum communicationem) retineat, insinua-
 tione & significatione cohereant, non autem natura-
 rum confusione permixta & corporaliter vnita sint.
 Itaque & ministerio alium esse qui confert virtutem,
 & alium qui administrat signum. In baptismo ergo
 consideranda veniunt aqua, & quæ significatur per
 aquam, ac quare aqua tingi voluit Dominus, quid
 agat minister, quid is cuius ille ministrū agit. Baptizat
 quidem aqua minister, & aqua illa aqua manet: sed
 qui baptizare iussit aqua, non ideo ut corpora tantum
 abluerentur baptizare iussit, sed magis ut exterius at-
 testaretur, quid ipse inuisibili gratia operaretur inte-
 rius. Ideo ministerium externæ rei ministrū est, ipsa
 potestas, ablutio & purificatio Domini solius, &
 non sunt ista confundenda, ut quod Domini est vel si-
 gno visibili, vel ministro tribuamus: rursus non sunt
 illa sic separanda, ut nihil post signum nobis relinqua-
 tur in sacramentis, quæ constant signo & resignata.
 Id quod haud dubie rectius intelliges, si aliquot de
 hisce loca ex S. Augustino Catholico & orthodoxo
 doctore protuleris. Is Tractatu in Ioannem 5, sic scri-
 bit, Didicit Ioannes potestatem Domini baptisimi in
 nullum hominem à Domino transiit, sed mini-
 steriū plane transiit, potestatem à Domino in neminem
 ministrorum, ministeriū & in bonos & in malos.
 exhorreat columba (id est, pius & fidelis qui est mem-
 brum Ecclesiæ) ministerium malorum, respiciat Do-
 mini potestatem. Quid tibi facit malus minister, vi-
 bi bonus est Dominus? Quid te impedit malitiosus
 præco vbi bene uolens est iudex? Ioannes didicit per
 columbam hoc. Quid est quod didicit? Ipse mihi di-
 xit, ait, Super quem uideris Spiritum descendentem
 sicut columbam, & manentem super eum, hic est qui
 baptizat in Spiritu sancto. Non ergo te decipiant, o
 columba, sed doctores qui dicunt, Nos baptizamus.
 Columba agnosce, quod columba docuit, Hic est qui
 baptizat in Spiritu sancto: per columbam discitur,
 quia HIC EST, & tu eius potestate putas te bapti-
 zari, cuius ministerio baptizaris? Si tu hoc putas, non-
 dum es in corpore columbæ, & si nō es in corpore co-
 lombæ, non mirandum quia simplicitate non habes.
 Simplicitas enim maximè per columbam demonstra-
 tur. Per simplicitatem columbæ didicit Ioannes, quia
 hic est qui baptizat in Spiritu sancto. Et iterum, Aliud,
 inquit, est baptizare per ministerium, aliud baptizare
 per potestatem. Potuisset Dominus noster Iesus Chri-
 stus si uoluisset, dare alicui seruo suo potestatem, ut
 daret baptismum suum tanquam vice sua, & transfer-
 ret à se baptizandi potestatem, & constitueret in ali-
 quo seruo suo, & tantam vim daret baptismi transla-
 to in seruum, quantam vim haberet baptismus datus
 à Domino. Hoc NOLUIT ideo, ut in illo spes esset
 baptizantium, à quo se baptizatos agnoscerent. No-
 luit ergo seruum spem ponere in seruo. Ideoque cla-
 mabat Apostolus, cum uideret homines uolentes po-
 nere spem in seipso, Nunquid Paulus pro uobis cruci-
 fixus est, aut in nomine Pauli baptizati estis? baptiza-

uit ergo Paulus tanquam minister, non tanquam ipsa
 potestas: baptizauit autem Dominus tanquam pote-
 stas. Intendite, potuisset hanc potestatem seruis dare,
 sed NOLUIT. Si enim daret hanc potestatem ser-
 uis, id est, ut & ipsotum esset quod Domini erat, tot
 essent baptismata quot serui, ut quomodo dictum est
 Baptisma Ioannis, sic diceretur Baptisma Petri, sic Ba-
 ptisma Pauli, sic Baptisma Iacobi, Baptisma Thomæ,
 Matthæi, Bartholomæi. Idem ferme tradit contra liti-
 ras Petiliani lib. 3. c. 49. uirgens maximè Dei solius esse
 abluere & mundare, unde nemo id sibi arrogare de-
 beat quod Dei est. Rursus Epistola 166. Quare, inquit,
 non verum dicimus & rectè sapimus, quia semper est
 de illa gratia & Dei sacramentum, hominis autem so-
 lum ministerium, qui si bonus est adheret Deo, & o-
 peratur cum Deo: si autem malus est, operatur per il-
 lum Deus visibilem sacramenti formam: ipse autem
 donat inuisibilem gratiam. Hoc sapiamus omnes, &
 non sint in nobis schismata. Idem Quæstionum lib. 3. c.
 in Leuit. Quæst. 83. Non, inquit, Moses sanctificat pro
 Domino, sed Moses visibilibus sacramentis per mini-
 sterium suum, Dominus aut inuisibili gratia per Spi-
 ritum sanctum, ubi est totus fructus etiam visibilium
 sacramentorum. Item lib. de Trinitate 15. c. 26. Quo-
 modo, inquit, Deus non est qui dat Spiritum sanctū?
 imò quantus Deus est (Christus) qui dat Deum? Ne-
 que enim aliquis discipulorum eius dedit Spiritum
 sanctum. Orabant quippe ut veniret in eos quibus
 manum imponebant, nō ipsi eum dabant: quem mo-
 rem suis præpositis etiam nunc seruat ecclesia. De-
 niq; & Simon Magus offerens Apostolis pecuniam,
 non ait, Date & mihi hanc potestatem ut dem Spi-
 ritum sanctum: sed, cui eum, inquit, imposuero manū,
 ut accipiat Spiritum sanctum. Quia neq; Scriptura su-
 perius dixerat, videns autem Simon, quod Apostoli
 darent Spiritum sanctum: sed dixerat, videns autem
 quod per impositionem manuum Apostolorum dare-
 tur Spiritus sanctus. Et mox, Nos accipere quidem
 hoc nō possumus pro modulo nostro, effundere
 autem super alios non utiq; possumus, sed ut hoc fiat
 Deum super ipsos, à quo hoc efficitur, inuocamus, &c.
 Hactenus Augustini verba adscriptimus: ex quibus
 opinor quilibet facile intelligit, quomodo Ioannes ac
 omnes ministri Domini aqua baptizent, & quomodo
 solus Dominus baptizet Spiritu sancto: Præterea opti-
 mam de sacramentis docendi rationem esse si ritè di-
 stinguamus, non omnia confundamus: ita tamen ne
 separemus quæ Dominus coniuncta esse voluit: item
 si Deo omnem gloriam, ministris ministerium tribua-
 mus, rectè & secundum regulam fidei ac gloriæ Dei
 eas loquutiones exponentes, quæ conuersionem, ab-
 lutionem & regenerationem videntur tribuere ho-
 minibus.]

Eadem cum Bullingero Caluinus, Piscator, alii. nol-
 le Ioannē baptismata distinguere, sed Domini & serui personas
 distinguere. Non tamen negat Caluinus opinionem in-
 ualuisse, Ioannis baptismum à nostro differre. Consi-
 derandum igitur est, an alius Christi, alius Ioannis ba-
 ptismus, an vero vnus & idem, ut in quo Ioannes ritum
 externum, Christus internam ablutionem effecerit.

§. 2. In Baptismo spiritualis ablutionis, seu gratiæ
 causa est Deus, minister & sacramenti ritus solum in-
 strumentum est, siue moraliter agere dicamus, siue di-
 uinā omnipotentiam etiam Physicè, & efficienter. Atq;
 hoc est, quod S. Augustinus verbis à Bullingero cita-
 tis conficit, neq; orthodoxi dissentiant.

§. 3. Ioannis Baptismus & Christi non erat vnus, Ministeriū
 idemque, sed plane diuersus. Ioanne enim mortuo e-
 ius baptismus cessauit, Christi successit. De uo, igitur in baptis-
 mō huius leci sensu iudicem, quem mihi dederunt, acci-
 pio, nempe S. Augustinum, & quæ cum illo commu-
 nicauit

nicauit Ecclesiam. Libro de vnico baptismo c. 7. contra Petilianum disputans, ait, eos qui Ioannis baptismum acceperunt, Christi baptismum non habuisse. Verum quasi praeuidens Caluini errores iam olim refutauit l. 2. contra literas Petilianic. 56. & de vnit. Eccl. c. 11. accuratissime inter ista distinguit. Cum tantum distaret inter Petrum & Iudam, nihil tamen distabat inter baptismum, qui dabatur per Petrum, & qui dabatur per Iudam: illud enim quod per eos dabatur, vnum erat, cum ipsi non essent vnum. Et illud Christi erat; illorum autem, vnum ad membra Christi alter ad partem Diaboli pertinebat. Cum vero Ioannes Baptista & Paulus Apostolus vnum essent, quia vterque Sponsi amicus erat, tamen quia non erat vnus baptismus, qui dabatur à Ioanne, & qui dabatur à Paulo, iussit Paulus Christi baptismum baptizari eos, qui baptismum Ioannis fuerant baptizati. Itaque, ille baptismus Ioannis dictus est, qui autem per Paulum datus est, non est dictus baptismus Pauli, sed iussit eos inquit baptizari in Christo. Ecce vnum sunt Ioannes & Paulus, & non vnum dant. Ecce non sunt vnum Petrus & Iudas, & vnum dant. At vero Petrus & Paulus, & vnum sunt, & vnum dant.

Non igitur vnus erat Ioannis & Christi baptismus ex S. Augustini sententia, quam cum fuisse totius Ecclesiae videmus. Et Ep. 49. ad Vincentium. Eodem modo probat, non ideo rebaptizandos quod ab hereticis essent baptizati, soluitque argumentum Donatistarum & Rogatistarum, qui exemplo Pauli utebantur, eos qui à Ioanne baptizati fuerant, rebaptizantis. Si autem hoc dementissimum est, vel sentire, vel dicere; iam tua prudentia est considerare, quare post Ioannem Paulus Apostolus baptizauerit. Si enim post eundem, omnes post vos baptizare debetis. Si post maiorem, debes & tu post Rogatum. Si post minorem, debuit post te Rogatus cum presbyter baptizasset. Si autem baptismus qui nunc datur, ideo pariter valet in eis quibus datur, quamuis sint imparis meriti, per quos datur, quia Christi est, non eorum à quibus ministratur: puto quod iam intelligas, ideo Paulum dedisse quibusdam baptismum Christi, quia Ioannis baptismum fuerant baptizati, non Christi Ioannis quippe baptismus ille dictus est, sicut multis locis diuina Scriptura testatur, quod & ipse Dominus dicit: Baptismus Ioannis unde erat, de caelo, an ex hominibus? Baptismus autem, quem dedit Petrus, non erat Petri sed Christi.

Hæc solutio deficit, si Ioannis baptisma erat Christi, sicut Petri erat Christi. Ille autem hoc seruo riget. Nonne tibi videtur quasi intolerabiliter indignum, ut cum baptizatum fuerit post eum qui non sobrie vinum bibens, sed vinum omnino non bibens, regno Dei viam parauit, non baptizetur post ebriosum, qui regnum Dei non possidebit? Quid hic respondetur, nisi quia ille baptismus erat Ioannis, post quem Christi baptismum baptizauit Apostolus: iste autem baptismus Christi est, quo baptizauit ebriosus: inter Ioannem & ebriosum à contrario multum interest: inter baptismum Christi quem dedit Apostolus, & baptismum Christi, quem dedit ebriosus, nihil interest, &c.

Non legi conditor etiam sacramenta noua legis instituit.

S. 4. Ratio est S. Augustini, & aliorum Patrum, quia Ioannes præcurator erat; non erat eius officium legem nouam condere, aut veterem abrogare. Ideo nec sacramenta noue legis instituit: coherent enim illa. Vnus est enim legislator noster. Isa. 53. & Ioel. 2. Christus igitur qui nouam legem condidit, & morte firmavit, sacramenta etiam solus instituit. Sub lege enim veteri tenebantur conclusi, donec veniret filius.

Deinde, omnes, etiam heretici videntur in baptismo inuocatione S. Trinitatis baptizant enim in nomine Patris & Filij, & Spiritus sancti. At sanè in Ioannis baptismo nequaquam illa inuocatio adhibita fuit, qui enim eo fuerant baptizati, an esset Spiritus sanctus ignorabant. Act. 2. Quapropter distet Ioannes suum baptisma aliud ostendit, à Christi baptismo. Sem aqua baptizare, postea venturum, qui baptizet in Spiritu sancto. Si erat vnus baptismus, secundum aquam, Ioannis, secundum Spiritum, Christi: quemadmodum erat, Baptismus

Petri & Christi. Non oportebat dicere de Christo alio baptizabit, sed iam me cum baptizat, dum ergo corpus abluit, ille animam. Quod est multo clarius apud Marc. 1. 8. Ego baptizavi vos aqua, ille vero baptizabit vos Spiritu sancto. Alloquitur iam baptizatos à se, non dum à Christo; eos baptizandos ait Spiritu sancto, non ergo Christi actionem in suo baptismo expressit. Baptismus igitur Ioannis in auctore suo desit, ut Hieron. aduers. Luciferian. Chryl. hoc loco. Standū itaque Concilij T. id. sententiā Selli. 7. can. 1. Si quis dixerit, Baptismus Ioannis habuisse eandem vim cum baptismo Christi, anathema sit Testimonia alia Patrum ostendunt, quæ apud Bell. l. 1. de bapt. c. 21. apud Soares. T. 2. in 3. p. disput. 25. sect. 3.

S. 5. Heretici infertē multa adferunt similia, in vtroque baptismo. Esse in aqua, in remissionem peccatorum. Verum nullo modo eandem esse probant, sed tantummodo similem. Omnia enim eadem esse oportet, ut sint res eadem. Dissimilis est forma, nec enim in Ioannis baptismum mentio Tim. tatis, alius est status, non enim noua lex inducta, alia efficacia, non enim baptizabatur Spiritu sancto à Ioanne. Denique Ioannes baptizabat eis per contritionem in penitentiam, ut ad penitentiam incideret, Christus in iustificationem, seu remissionem peccatorum. Ita enim Petrus Act. 2. 38. in remissionem peccatorum. At apud Luc. 3. 3. Ioannes prædicat baptismum penitentiae in remissionem: ut ostendat suum baptismum esse viam duntaxat ad penitentiam, unde consequatur peccatorum remissio. Piscator, alique hoc interpretantur in penitentiae obligationē & oblationem; quod quamuis absurdū sit, auctores tamen suos euerit. Sin. baptismus Ioannis ad penitentiam tantū obligabat, & eam obligabat, siue sigillum erat penitentiae, sanè diuersus à Christi baptismum fuerit necesse est; is enim erat in Spiritu sancto & igne, mundans, sanctificans, S. sanctū conferens, non nudum penitentiam signaculū. Huius igitur loci contextus indicat, ut ipse Ioannes erat præcurator, ita eius quoque baptismum talem fuisse.

QVÆSTIO II.

Quomodo Christus baptizat in Spiritu sancto & igne?

S. 1. Seleucus & Hermias signum crucis candenti ferro fiontibus baptizatorum inurebant; August. hæres. 5. 59. Idem Abyssini trans Ægyptum etiam facit. Ecclesia eiusmodi lustrationes perignem, adustionesque damnavit. Quamquam si quispiam vellet virgere contentiosè velit, cum dicitur Christus baptizare igni, posset ad elementum torqueri. Cur vero id fieri non debet, nullam nobis causam facile dicent aduersarij, nisi quod hunc sensum Ecclesia respuerit. Quomodo enim Seleucum refutabunt? nam verba Scripturæ dicent illi esse clarissima. Hoc quidem loco aliud dici non potest; quam sensum Scripturæ ab Ecclesia, quæ Scripturæ custos est accipiendum esse. Quomodo toleranda est hæreticorum protecula, qui cum fateantur ab Ecclesia hæc loca esse exposita, nunc non fingunt interpretationem. Significatur igitur Spiritus sancti illustrissimus aduentus, qualem Propheta Ioel prædixit, & Petrus Act. 2. 14. meminit. Quamuis enim vox ignis à quibusdam codicibus absit, error tamen exemplarium ille est.

S. 2. Conferatur ergo baptismus baptismo, & duo Ioannis esse baptismi ostenduntur, Ioannis in aqua, baptizant in hoc est aqua, ubi addenda est particula exclusiua in aqua tantum, Christi in Spiritu igneo, caritatis & gratie flamma cælesti. Alioqui etiam Apostolorum baptismus fuisse in aqua tantum. Quod Sebastianus Castellio, alique verbum baptizandi refugerent, in allentque lauare, & abluere, merito à Beza reprehenduntur, quod nec perpetua tot sæculorum auctoritate, nec consuetudine quousiam

quotidianâ permoueantur, ut licere Theologis velint, quod caterum magistri, & professoribus omnes concedunt. Vtinam vero qui illa monent, omnium sæculorum auctoritate permoueantur, ne rem ipsam, seu fidem mutant.

QVÆSTIO III.

Quomodo Ioannes indignus calceamenti corrigiam Christo soluere?

S. I. **S.** Augustinus l. 2. c. 12. monet, diuersitatem in Evangelistis videri, non esse. Matthæus dixit. Qui autem post me venturus est, fortior me est. Lucas: venit autem fortior me Matthæus: calceamenta portare. Lucas: soluere corrigiam calceamenti. Marcus addit: procumbens. Ioannes: qui post me venit, ante me factus est. In his optime monet Augustinus, et si aliquid varium sit in verbis, ab eadem tamen sententiâ non recedi. Deinde, non esse contrarios, et si ordo verborum immutetur. Tercio, eandem rem pluribus vel paucioribus verbis explicari, nec esse contrarium si alius omittit, quod alius refert. Sibiungit tandem: Quid ergo in his quæ de narrationibus Evangelistarum collata propofui, putandum esse contrarium? An quod alius dixit, Cuius non sum dignus calceamenta portare: alij verò Corrigiam calceamenti soluere? Non enim verbis aut verborum ordine, aut aliquo genere locutionis, sed etiam res ipsa videtur aliud esse calceamenta portare, aliud corrigiam calceamenti soluere. Merito ergo queri potest, quid Ioannes dixerit non se dignum esse? utrum calceamenta portare, an corrigiam calceamenti soluere. Si enim alterum horum dixit, ille verum videtur narrasse, qui hoc potuit narrare quod dixit. Qui autem aliud, & si non est mentitus, certe vel oblitus, aliud pro alio dixisse putabitur. Omnem autem falsitatem abesse ab Evangelistis debet, non solum eam quæ mentiendi promittitur, sed etiam quæ obliuiscendo. Itaque, si ad rem pertinet, aliquid aliud intelligere ex eo quod dictum est, calceamenta portare: aliquid aliud ex eo quod dictum est, corrigiam calceamenti soluere: quid aliud accipiendum recte existimaueris, nisi Ioannem utrumque dixisse, siue aliud alio tempore siue contextim? Potuit enim sic dicere: Cuius non sum dignus corrigiam calceamenti soluere, nec calceamenta portare: ut vnus Evangelistarum hinc aliud, alij vero aliud, omnes tamen eam rem narrauerint. Si autem nihil intendit Ioannes cum de calceamentis Domini diceret, nisi excellentiam eius, & humilitatem suam, quodlibet horum dixerit, siue de soluenda corrigia calceamentorum, siue de portantibus calceamentis eandem tamen sententiam tenuit, quisquis etiam verbis suis per calceamentorum commemorationem eandem significationem humilitatis expressit, unde ab eadem voluntate non aberrauit. Vtilis igitur modus & memoria maxime commendandus, cum de conuenientia dicimus Evangelistarum, non esse mendacium, cum quisq; etiam dicens aliquid aliud, quod etiam ille non dixit de quo aliquid narrat, voluntatem tamen eius hanc explicat, quam etiam ille eius verba commemorat. Ita enim salubriter discimus, nihil aliud esse querendum quam quid velis ille qui loquitur.

Verissima est sententia Ioannem sæpius illa dixisse, Nam & Ioan. i. 15. Hic est, quem dixi, ait. Et cum multi putarent illum esse Christum, sæpe inculcandum fuit, non se Christum esse, sed Christo multo minorem.

QVÆSTIO IV.

Quid sit, post me venit?

S. I. **N**otauit Beza, Ioannem non loqui de venturo, sed de eo, qui iam post eum, seu pone veniat, hoc est à tergo, sitq; proximus, eum digito demonstratum. Ideo etiam cum Ioannes ait, medius vestrum stetit, Beza vertit: stat: ut iam præsens esse censetur. Ego vero multis iam notauit Beza nostri interpretis, & aliorum Aristarchum, solitum admodum fallere, cum aliquid nouare instituit. Primo cerè fallit, cum ait omnia, esse pone, & idcirco Matthæum dixisse, omnia vobis, non pōi. Eius, pone me, seu, à tergo, non, post me, scilicet, tempore. Sitis enim in m & locorum, non tempore.

Adami Conzen in Euang. Tom. I.

poris significationem in dictione græcâ agnoscit. Nam omnia vtrumq; significat. Ecclef. 9. 3. omnia vobis eis vobis. vbi Sym. τὰ πάντα τῶν αὐτῶν vertit. & Homer. Iliad. ζῆτος δὲ ἔτ' ἀρ' αὐτῶν φρένες ἔμπεδοι, ἔτ' ἀρ' ὅπως ἔσσονται. Hinc neg nunc mentes constant, neq; in posterum constabunt. & Odyss. εἰ.

Ποῦ δὲ ὅπως

Δαγγλόν. Multa in posterum.

Non igitur ob Græci verbi significatum mutandi causa fuit, præsertim cum Græci Patres ita interpretentur, & Syrus ܡܢܬܐܝܢ quod temporis est præcipue. Ioannē vero de tempore loqui clarissimum est. Nam omnia vobis, Ioannes de hic apud Matthæum accipitur, ut Ioan. i. 30. ac illo loco, est idem quod τῶν αὐτῶν, & tempus significat. Cum legati eum interrogassent; cur baptizaret, si neq; Christus, neq; Elias, neq; Propheta esset. Respondit, se in aqua baptizare, medium autem stetit, hoc est, in Israele esse, quem illi nescirent, eum post se venire. Non aderat tū Dominus: quia ver. 30. dicitur: ἐπ' αὐτῶν τῶν αὐτῶν die venisset: & tū eum Ioannem digito monstrauit, & dixit: Ecce agnus Dei. Et, hic est de quo dicebam. Quando dicebat: diebus elapsis cum nondum in Galilæa Christus aduenisset. Imo tū cum nondum sciret eum, & ego nesciebam eum, inquit. Denique omnia, seu post, opponitur Ioan. i. 30. τῶν αὐτῶν ante, ante me factus est, quod non de situ, & loco, sed tempore accipitur. Sicenim exponit: cum ait, ὅτι πρὶν ἐμοῦ ἦν. Quia prior me erat.

Centuriatores Ioannis humilitatem malignè fuisse interpretati; cum aiunt, illum conscium peccatorum suorum se indignum iudicasse, qui Christi calceamenta ferret. Quod tolerari posset, si de minoribus venialibus peccatis intelligerent, verum illi omnia moralia esse fingunt. Nos fatemur: non modo Ioannem, atq; alium quemcunq; hominem, sed angelos etiam ipsos indignos esse, qui minimū officii Creatori exhibeant.

VERSVS 12.

Cuius ventilabrum in manu suâ, & permundabit aream suam. & congregabit triticum suum in horreum: paleas autem comburet igni inextinguibili.

QVÆSTIO I.

Quod officium Christi in Ecclesiâ?

S. I. **D**vo describuntur: Tritici collectio, palearū exustio. Ventilabrum est ἄλοον, quod nonnulli palam interpretantur, quæ in altum fruges cum palea iactantur, ut grana sua grauitate subsidant, paleæ aut. rantur à vento. Tertull. de fuga in persecutione. c. 1. Porro iudicium soli Deo competit. Hac pala illa, quæ nunc Dominicam aream purgat, Ecclesiam scilicet, confusum aceruum fidelium euentilans frumentum martyrum, & paleas negatorum. Cyprianus. Epist. 57. Aug. in Psal. 92. de ventilabro agunt. Vannū Græci ἀλόον appellant. Est igitur ventilabrum iudicium Dei, agitatio per tribulationes, variaq; probationum genera. Area est Ecclesia, horreum regnum cælestē, in quod grana conduntur; ignis gehenna, quæ paleas uruntur.

S. 2. Illustris hoc loco est de Christi diuinitate probatio. Nam & Tertullianus hoc soli Deo conuenire demonstrat, ut secernat hoc modo bonos à malis. Et August. indicat Ep. 255. ad Macrob. Nec quisquam sibi quod soli filio Pater tribuit, vindicauit, ut se putet aut aream ventilandam, & purgandam paleam, & ventilabrum etiam ferre posse, aut à frumento vniuersa Zizaniam humano iudicio separare. Superba est ista præsumptio, & sacrilega oblitatio, quam sibi furor prauus assumit, & dum sibi semper amplius a-

Ventilabro
Christus
discernit
triticum &
paleas.

Dei solius
est paleas
separare.

nicauit Ecclesiam. Libro de vnico baptismo c. 7. contra Petilianum disputans, ait, eos qui Ioannis baptismum acceperunt, Christi baptismum non habuisse. Verum quasi prauident Caluini errores iam olim refutauit l. 2. contra literas Petilianic. 56. & de vnit. Eccl. c. 11. accuratissime inter ista distinguit. Cum tantum distaret inter Petrum & Iudam, nihil tamen distabat inter baptismum, qui dabatur per Petrum, & qui dabatur per Iudam: illud enim quod per eos dabatur, vnum erat, cum ipsi non essent vnum. Et illud Christi erat; illorum autem, vnum ad membra Christi alter ad partem Diaboli pertinebat. Cum vero Ioannes Baptista & Paulus Apostolus vnum essent, quia vterque Sponsi amicus erat, tamen quia non erat vnus baptismus, qui dabatur à Ioanne, & qui dabatur à Paulo, iussit Paulus Christi baptismum baptizari eos, qui baptismum Ioannis fuerant baptizati. Itaque, ille baptismus Ioannis dictus est, qui autem per Paulum datus est, non est dictus baptismus Pauli, sed iussit eos inquit baptizari in Christo. Ecce vnum sunt Ioannes & Paulus, & non vnum dant. Ecce non sunt vnum Petrus & Iudas, & vnum dant. At vero Petrus & Paulus, & vnum sunt, & vnum dant.

Non igitur vnus erat Ioannis & Christi baptismus ex S. Augustini sententia, quam cum fuisse totius Ecclesie videmus. Et Ep. 49. ad Vincentium. Eodem modo probat, non ideo rebaptizandos quod ab hereticis essent baptizati, soluitque argumentum Donatistarum & Rogatistarum, qui exemplo Pauli utebantur, eos qui à Ioanne baptizati fuerant, rebaptizantis. Si autem hoc dementissimum est, vel sentire, vel dicere; iam tua prudentia est considerare, quare post Ioannem Paulus Apostolus baptizauerit. Si enim post eundem, omnes post vos baptizare debetis. Si post maiorem, debes & tu post Rogatum. Si post minorem, debuit post te Rogatus cum presbyter baptizasset. Si autem baptismus qui nunc datur, ideo pariter valet in eis quibus datur, quamuis sint imparis meriti, per quos datur, quia Christi est, non eorum à quibus ministratur: puto quod iam intelligas, ideo Paulum dedisse quibusdam baptismum Christi, quia Ioannis baptismum fuerant baptizati, non Christi Ioannis quippe baptismus ille dictus est, sicut multis locis diuina Scriptura testatur, quod & ipse Dominus dicit: Baptismus Ioannis unde erat, de celo, an ex hominibus? Baptismus autem, quem dedit Petrus, non erat Petri sed Christi.

Hæc solutio deficit, si Ioannis baptismus erat Christi, sicut Petri erat Christi. Ille autem hoc seruo riget. Nonne tibi videtur quasi intolerabiliter indignum, ut cum baptizatum fuerit post eum qui non sobrie vinum bibens, sed vinum omnino non bibens, regno Dei viam parauit, non baptizetur post ebriosum, qui regnum Dei non possidebit? Quid hic respondetur, nisi quia ille baptismus erat Ioannis, post quem Christi baptismus baptizauit Apostolus: iste autem baptismus Christi est, quo baptizauit ebriosus: inter Ioannem & ebriosum à contrario multum interest: inter baptismum Christi quem dedit Apostolus, & baptismum Christi, quem dedit ebriosus, nihil interest, &c.

Non legi conditor etiam sacramenta noua legis instituit.

S. 4. Ratio est S. Augustini, & aliorum Patrum, quia Ioannes præcurator erat, non erat eius officium legem nouam condere, aut veterem abrogare. Ideo nec sacramenta nouæ legis instituit: coherent enim illa. Vnus est enim legislator noster. Isa. 53. & Ioel. 2. Christus igitur qui nouam legem condidit, & morte firmavit, sacramenta etiam solus instituit. Sub lege enim veteri tenebantur conclusi, donec veniret filius.

Deinde, omnes, etiam heretici videntur in baptismo inuocatione S. Trinitatis baptizant enim in nomine Patris & Filij, & Spiritus sancti. At sanè in Ioannis baptismo nequaquam illa inuocatio adhibita fuit, qui enim eo fuerant baptizati, an esset Spiritus sanctus ignorabant. Act. 2. Quapropter distet Ioannes suum baptismum aliud ostendit, à Christi baptismo. Sem aqua baptizare, postea venturum, qui baptizet in Spiritu sancto. Si erat vnus baptismus, secundum aquam, Ioannis, secundum Spiritum, Christi: quemadmodum erat, Baptismus

Petri & Christi. Non oportebat dicere de Christo aliter baptizabit, sed iam me cum baptizat, dum ergo corpus abluit, ille animam. Quod est multo clarius apud Marc. 1. 8. Ego baptizavi vos aqua, ille vero baptizabit vos Spiritu sancto. Alloquitur iam baptizatos à se, non dum à Christo; eos baptizandos ait Spiritu sancto, non ergo Christi actionem in suo baptismo expressit. Baptismus igitur Ioannis in auctore suo desinit, ut Hieron. aduers. Luciferian. Chryl. hoc loco. Standū itaque Concilij T. id. sententiā Sell. 7. can. 1. Si quis dixerit, Baptismus Ioannis habuisse eandem vim cum baptismo Christi, anathema sit Testimonia alia Patrum, quæ apud Bell. l. 1. de bapt. c. 21. apud Soares. T. 2. in 3. p. disput. 25. sect. 3.

S. 5. Heretici infert multa adferunt similia, in vtroque baptismo. Esse in aqua, in remissionem peccatorum. Verum nullo modo eandem esse probant, sed tantummodo similem. Omnia enim eadem esse oportet, ut sint res eadem. Dissimilis est forma, nec enim in Ioannis baptismo mentio Trinitatis, alius est status, non enim noua lex inducta, alia efficacia, non enim baptizabatur Spiritu sancto à Ioanne. Denique Ioannes baptizabat eis per contritionem in penitentiam, ut ad penitentiam incideret, Christus in iustificationem, seu remissionem peccatorum. Ita enim Petrus Act. 2. 38. in remissionem peccatorum. At apud Luc. 3. 3. Ioannes prædicat baptismum penitentiae in remissionem: ut ostendat suum baptismum esse viam duntaxat ad penitentiam, unde consequatur peccatorum remissio. Piscator, alii hoc interpretantur in penitentiae obligatione & oblatione; quod quamuis absurdū sit, auctores tamen suos euerit. Sin. baptismus Ioannis ad penitentiam tantū obligabat, & eam obligabat, siue sigillum erat penitentiae, sanè diuersus à Christi baptismo fuerit necesse est; is enim erat in Spiritu sancto & igne, mundans, sanctificans, S. sanctū conferens, non nudum penitentiam signaculū. Huius igitur loci contextus indicat, ut ipse Ioannes erat præcurator, ita eius quoque baptismum talem fuisse.

QVÆSTIO II.

Quomodo Christus baptizat in Spiritu sancto & igne?

S. 1. Seleucus & Hermias signum crucis candenti ferro fionibus baptizatorum inurebant; August. hæres. 5. 59. Idem Abyssini trans Ægyptum etiam facit. Ecclesia eiusmodi lustrationes perignem, adustionesque damnavit. Quamquam si quis iam veiba virgere contentiosè velit, cum dicitur Christus baptizare igni, posset ad elementum torqueri. Cur vero id fieri non debet, nullam nobis causam facile dicent aduersarij, nisi quod hunc sensum Ecclesia respuerit. Quomodo enim Seleucum refutabunt? nam verba Scripturæ dicent illi esse clarissima. Hoc quidem loco aliud dici non potest; quam sensum Scripturæ ab Ecclesia, quæ Scripturæ custos est accipiendum esse. Quomodo toleranda est hæreticorum proteula, qui cum fateantur ab Ecclesia hæc loca esse exposita, nunc nonnam fingunt interpretationem. Significatur igitur Spiritus sancti illustrissimus aduentus, qualem Prophetæ Ioel prædixit, & Petrus Act. 2. 14. meminit. Quamuis enim vox ignis à quibusdam codicibus absit, error tamen exemplarium ille est.

S. 2. Conferitur ergo baptismus baptismo, & duo Ioannis esse baptismi ostenduntur, Ioannis in aqua, baptizant in hoc est aqua, ubi addenda est particula exclusiua in aqua tantum, Christi in Spiritu igneo, caritatis & gratie flamma cælesti. Alioqui etiam Apostolorum baptismus fuisse in aqua tantum. Quod Sebastianus Castellio, aliiq; verbum baptizandi refugerent, in allentque lauare, & ablumere, merito à Beza reprehenduntur, quod nec perpetua tot saculorum auctoritate, nec consuetudine quosdam

quotidianâ permoueantur, ut licere Theologis velint, quod cate-
rui magistri, & professoribus omnes concedunt. Vtinam vero
qui illa monent, omnium sæculorum auctoritate per-
moueantur, ne rem ipsam, seu fidem mutarent.

QVÆSTIO III.

Quomodo Ioannes indignus calceamenti cor-
rigiam Christo soluere?

S. I. **S.** Augustinus l. 2. c. 12. monet, diuersitatem in
Euangelistis videri, non esse. Matthæus dixit.
Qui autem post me venturus est, fortior me est. Lucas: venit
autem fortior me Matthæus: calceamenta portare. Lucas:
soluere corrigiam calceamenti. Marcus addit: procumbens.
Ioannes: qui post me venit, ante me factus est. In his opti-
mè monet Augustinus, et si aliquid varium sit in verbis, ab
eodem tamen sententiâ non recedi. Deinde, non esse con-
trarios, et si ordo verborum immutetur. Tercio, ean-
dem rem pluribus vel paucioribus verbis explicari,
nec esse contrarium si alius omittit, quod alius refert.
Sabiungit tandem: Quid ergo in his quæ de narrationibus
Euangelistarum collata proposui, putandum esse contrariū?
An quod alius dixit, Cuius non sum dignus calceamenta porta-
re: alij verò Corrigiam calceamenti soluere? Non enim verbis
aut verborum ordine, aut aliquo genere locutionis, sed etiam rep-
ta videtur aliud esse calceamētā portare, aliud corrigiam cal-
ceamenti soluere. Merito ergo quæri potest, quid Ioannes dixe-
rit non se dignum esse? vtrum calceamenta portare, an corri-
giam calceamenti soluere. Si enim alterum horum dixit, ille
verum videtur narrasse, qui hoc potuit narrare quod dixit. Qui
autem aliud, & si non est mentitus, certe vel oblitus, aliud pro
alio dixisse putabitur. Omnem autem falsitatem abesse ab Eu-
angelistis debet, non solum eam quæ mentiendi promittitur, sed et-
iam quæ obliuiscendo. Itaq; si ad rem pertinet, aliquid aliud in-
telligere ex eo quod dictum est, calceamenta portare: aliquid a-
liud ex eo quod dictum est, corrigiam calceamenti soluere: quid
aliud accipiendum rectè existimaueris, nisi Ioannem vtrumque
dixisse, siue aliud alio tempore siue contextim? Potuit enim sic
dicere: Cuius non sum dignus corrigiam calceamenti soluere,
nec calceamenta portare: ut vnus Euangelistarum hinc aliud,
alij vero aliud, omnes tamē verum narrauerint. Si autem nihil
intendit Ioannes cum de calceamentis Domini diceret, nisi ex-
cellentiam eius, & humilitatem suam, quodlibet horum dixe-
rit, siue de soluenda corrigia calceamentorum, siue de portan-
dis calceamentis eandem tamen sententiam tenuit, quisquis et-
iam verbis suis per calceamentorum commemorationem ean-
dem significationem humilitatis expresit, vnde ab eadem vol-
untate non aberrauit. Vtilis igitur modus & memoria maxime
commendandus, cum de conuenientia dicimus Euangelistarum,
non esse mendacium, cum quisq; etiam dicens aliquid aliud,
quod etiam ille non dixit de quo aliquid narrat, voluntatem
tamen eius hanc explicat, quam etiam ille eius verba com-
memorat. Ita enim salubriter discimus, nihil aliud esse quæren-
dum quam quid velis ille qui loquitur.

Verissima est sententia Ioannem sæpius illa dixisse,
Nam & Ioan. i. 15. Hic est, quem dixi, ait. Et cum multi
putarent illum esse Christum, sæpe inculcandum fuit,
non se Christum esse, sed Christo multo minorem.

QVÆSTIO IV.

Quid sit, post me venit?

S. I. **N**otauit Beza, Ioannem non loqui de ven-
turo, sed de eo, qui iam post eum, seu pone
veniat, hoc est à tergo, sitq; proximus, eum digito demonstra-
tum. Ideo etiam cum Ioannes ait, medius vestrum ste-
tit, & cetera, Beza vertit: stat: ut iam præsens esse censetur.
Ego vero multis iam notauit Beza nostrum inter-
pretis, & aliorum Aristarchum, solitum admodum fal-
lere, cum aliquid nouare instituit. Primo cerè fallit,
cum ait omnia, esse pone, & idcirco Matthæum dixisse
omnia, non pōtē, pōtē me, seu, à tergo, non, post me,
scilicet, tempore. Sitis enim & locorum, non tempo-

Adami Conzen in Euang. Tom. I.

poris significationem in dictione græcâ agnoscit. Nam
omnia vtrumq; significat. Ecclef. 9. 3. omnia ante oculos eius ve-
ntes, vbi Sym. τὰ πρὸ τοῦ προσώπου vertit. & Homer. Iliad. 7.
τὸ πρὸ τοῦ προσώπου φέρεται ἔμπροσθεν, & ὅτι ὅτι οὐκ ἔστιν οὐδὲν.
Huic neg. nunc mentes constant, neg. in posterum constabunt.
& Odyss. 8.

Ποῦ δὲ ὅτι οὐκ ἔστιν οὐδὲν

Διὰ γὰρ τὸν. Multa in posterum.

Non igitur ob Græci verbi significatum mutandi cau-
sa fuit, præsertim cum Græci Patres ita interpretentur,
& Syrus ܡܝܬܝܢܐ quod temporis est præcipue. Ioannē
vero de tempore loqui clarissimum est. Nam omnia, Ioannes de
hic apud Matthæum accipitur, ut Ioan. i. 30. ac illo lo-
co, est idem quod ܡܝܬܝܢܐ, & tempus significat. Cum le-
gati eum interrogassent; cur baptizaret, si neg. Christus,
neg. Elias, neg. Prophetas esset. Respondit, se in aqua bapti-
zare, medium autem stetit, hoc est, in Israele esse,
quem illi nescirent, eum post se venire. Non aderat tū
Dominus: quia ver. 30. dicitur: ἐπὶ ὕδατος ὁ βαπτισμὸς
nisi: & tunc eum Ioannem digito monstrauit, & dixit:
Ecce agnus Dei. Et, hic est de quo dicebam. Quando dicebat:
diebus elapsis cum nondum Galilæa Christus adue-
nisset. Imo tum cum nondum sciret eum, & ego nescie-
bam eum, inquit. Denique omnia, seu post, opponitur Io-
an. i. 30. τὸ πρὸ τοῦ προσώπου, ante, ante me factus est, quod non de
suo, & loco, sed tempore accipitur. Sicenim exponit:
cum ait, ὅτι πρὸ τοῦ προσώπου. Quia prior me erat.

Centuriatores Ioannis humilitatem malignè sunt
interpretati; cum aiunt, illum conscium peccatorum
suorum se indignum iudicasse, qui Christi calceamen-
ta ferret. Quod tolerari posset, si de minoribus venia-
libus peccatis intelligerent, verum illi omnia moralia
esse fingunt. Nos fatemur: non modo Ioannem, atq;
alium quemcunq; hominem, sed angelos etiam ipsos
indignos esse, qui minimū officiū Creatori exhibeant.

VERSUS 12.

Cuius ventilabrum in manu suâ, &
permundabit aream suam. & con-
gregabit triticum suum in horre-
um: paleas autem comburet igni
inextinguibili.

QVÆSTIO I.

Quod officium Christi in Ecclesiâ?

S. I. **D**vo describuntur: Triticici collectio, palearū
exustio. Ventilabrum est ܡܝܬܝܢܐ, quod non-
nulli palam interpretantur, quā in altum fruges cum
palea iactantur, ut grana sua grauitate subsidant, pa-
lea auferantur a vento. Tertull. de fuga in persecutio-
ne. c. 1. Porro iudicium soli Deo competit. Hac pala illa, quæ
nunc Dominicam aream purgat, Ecclesiam scilicet, confusum
acerum fidelium euentilans frumentum martyrum, & paleas
negatorum. Cyprianus. Epist. 57. Aug. in Psal. 92. de ven-
tilabro agunt. Vannū Græci ܡܝܬܝܢܐ appellant. Est igitur
ventilabrum iudicium Dei, agitatio per tribulationes,
variaq; probationum genera. Area est Ecclesia, hor-
reum regnum cælestē, in quod grana conduntur; ignis
gehenna, quæ paleas ventur.

S. 2. Illustris hoc loco est de Christi diuinitate pro-
batio. Nam & Tertullianus hoc soli Deo conuenire
demonstrat, ut discernat hoc modo bonos a malis. Et
August. indicat Ep. 255. ad Macrob. Nec quisquam sibi
quod soli filio Pater tribuit, vindicauit, ut se putet aut aream
ventilandam, & purgandam paleam, & ventilabrum etiam
ferre posse, aut à frumento vniuersa Zizania humano iudicio
separare. Superba est ista præsumptio, & sacrilega oblitatio,
quam sibi furor prauus assumit, & dum sibi semper amplius a-
liquid

Ventilabro
Christus
discernit
triticum &
paleas.

Dei solius
est paleas
separare.